

Decimaquinta autem super sinistram pedem Orionis consistit, oculo Tauri versus meridiem proxima, magnitudinis itidem primæ, & quid mirum si stellâ hâc facilius cæteris cognoscas, quâ nō sit astrū in cœlo splendidi⁹ Orione: vt recte dixerit Poëta, Oriō magni pars maxima cœli,

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	
H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M
0	04 52	03 00	01 00	22 51	20 43	18 44	16 52	15 00	13 00	10 51	08 43	6 43	
5	04 33	02 41	00 39	22 29	20 22	18 25	16 33	14 41	12 40	10 30	08 22	6 23	
10	04 15	02 21	00 18	22 08	20 01	18 06	16 15	14 21	12 19	10 09	08 02	6 06	
15	03 57	02 01	23 56	21 45	19 41	17 47	15 57	14 02	11 57	09 46	07 42	5 48	
20	03 38	01 41	23 35	21 24	19 22	17 29	15 38	13 41	11 35	09 25	07 22	5 28	
25	03 20	01 21	23 12	21 04	19 03	17 11	15 19	13 21	11 14	09 03	07 02	5 10	

Accedit iis omnib⁹ adhuc vna Stella Orionis dextro Humero, ipsa quoq⁹ magnitudinis primæ, & illi in medio cœli consistenti Canis minor versus ortuâ cœli partē proximus astat. Atq⁹ ea ipsa Cōstellatio Orionis facili⁹ cæteris cognoscitur, q⁹ insignes continet constellationes.

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	
H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M
0	05 29	03 37	01 38	23 28	21 19	19 19	17 30	15 37	13 37	11 20	09 19	7 20	
5	05 10	03 18	01 17	23 05	20 58	19 00	17 11	15 18	13 16	11 06	08 58	7 01	
10	04 51	02 58	00 56	22 43	20 37	18 42	16 51	14 59	12 55	10 45	08 38	6 42	
15	04 33	02 37	00 33	22 22	20 17	18 23	16 34	14 38	12 34	10 22	08 18	6 23	
20	04 19	02 18	00 12	22 00	19 58	18 05	16 15	14 18	12 12	10 01	07 58	6 05	
25	03 56	01 58	23 50	21 39	19 39	17 47	15 56	13 58	11 50	09 40	07 39	5 46	

### DOCTRINA NOTABILIS ET OBSERVANDA.

Quum iam inueneris horam stellæ, ( idq⁹ ex angulo cōmuni ) qua pertingat mediū cœli, illamq⁹ horam expectaris, dūmodo ista cœli mediatio noctu fiat, est q⁹ antea cognitâ habeas ipsam cœli medii dispositionem, quam si non noris, situm poli hoc est stellæ polaris aspice, tuūq⁹ tergum versus polū cōuerte, & sic imaginare circulum in cœlo à polo septentrionali per zenith versus meridiē q⁹ potes rectissime, & ille ipse circulus medium cœli tibi exhibet, in quo stellam inuenies quæsitam.

Atq⁹ hætenus didicisti lector humanissime, qua ratiōe horam cognoscere queas, qua stella proposita medium cœli contingat, Age vero nunc versa vice doceamus, quo modo scire possis, qua nam hora certo tibi proposita quelibet stella ad supremum cœli perueniat, aut certi illi sit proxima, idq⁹ hoc pacto, Si forte horam aliquam noris nocturnam, scireq⁹ cupias quæ stella sub illam ad cœli medium pertingat, principio tibi propone signū in quo Sol currit, idq⁹ in tabula Canis maioris, atq⁹ ad sinistram accipe gradum Solis, vel certe illi proximum, & deinceps vide quam horam inuenias in angulo cōmuni, Esto autem experimentum huius facias noctu hora 10. ipseq⁹ adeo Sol sit in 5. gradu Aquarii, Quere itaq⁹ numerum quinarium & superius signum ♊, sicq⁹ inuenies in angulo cōmuni horam 9. m̄ 54. quod tempus horæ decimæ proximum est, Quid autem reliquum sit vel obstat nisi vt Canis maior ipsa hora sit in medio cœli? Quod si autem Sol sit in 15. gradu ♋ oportebit te sub ♋ versus 15 gradū in linea prima atq⁹ adeo ipso angulo cōmuni tam diu quærere, donec peruenias ad stellam 6. scilicet Spicam virginis, & inuenies in angulo cōmuni horas 10. m̄ 7. neq⁹ incertum hoc est, eadem horam Spicam virginis esse in medio cœli. Atq⁹ vt maxime per stellas 16. omnes sub Tauro versus 15. gradus angulos cōmunes singulos plustraueris, nusq⁹ tñ vel horas 10. inuenies vel circiter minuta plura aut potiora.

Exactam